Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

calorem sedat. ¶ Inquocumque la
pide inveneris sculptum hominem qui
sit in media scapula usque ad renes
hic liberat a libidine et castum facit
et gratum. ¶ Inquocumque lapi
de sculptum inveneris navem et
velum hic securiorem facit in ne
gocio. ¶ Si inveneris lapidem in quo
sculptum sit canis qui in leone est
cum leo ignee sit nature et sicce.
hic conservat membra ab ydropi
si. et venenatos morsus canis non
timet. ¶ Si inveneris lapidi in
sculptum aquilam hic conservat
honores. ¶ Si inveneris lapidi in
sculptum tigrum hic liberat a pa
lisi et quartana. ¶ Si inveneris
lapidi insculptum equum alatum
qui dicitur pegasus. hic optimus
est militantibus et bellantibus prebens
eum velocitatem et audaciam.
et liberat equos ab infusione ¶
Si inveneris lapidem et hunc in
sculptam mulierem cum crine spar
so. et manus demissas habentem hic
habet potestatem reconciliandi amo
res coniugum. ¶ Si inveneris
lapidi insculptum hominem qui
habet serpentem cinctum et caput
eius in manu dextra et in sinistra
caudam hic liberat a veneno sump
to. ¶ Si inveneris lapidem cum
sculpta virgine manus suas in
modum crucis habentem et trian
gularem in capite et sedentem in
cathedra hic confert solamen post
laborem et requiem post infirmita
tem. ¶ Si inveneris lapidi insculp
ptum hominem genu flexum.
habentem in dextra clavum. et in

ficientem leonem vel aliud mon
strum hic in omnibus victorem facit.
oportet autem ut feratur cum omni
reverencia. ¶ Si inveneris lapidi
insculptum duas ursas et in medi
o earum serpentem dividentem eas
hic reddit hominem astutum for
tem constantem et gratum homi
nibus; Item de sculpturis lapidum.

Sequitur libellus cuiusdam phy
losophi iudeorum techel no
mine qui scripsit ipsum libellum.
de scripturis et dicit hunc editum
a filiis israel. eo tempore quo per deser
tum transierunt ut intrarent
terram promissionis. Sed nec istius
opinionibus credendum in omnibus
existimo et hoc magis valere ad
honoracionem lapidum quam ad
spem ponendam in eis. quam tantum
solo deo sicut anchoram tutam
ac firmam habemus. Hunc i
gitur libellum techel transtuli
mus in latinum. De sculpturis.

Quando invenitur iaspis la
pis in eo homo. qui scutum
habeat. in collo vel in manu et
sub pedibus serpentem hic habet
virtutem contra omnes inimicos.
¶ Quando invenitur in cristoli
to. femina habens in una manu
avem. in altera piscem valet ad
negociandum. ¶ Quando inve
nitur in iaspide homo volans.
i. cum alis iste lapis valet ad ne
gocia mercacionis. ¶ Quando in
venitur in lapide serpentem et sa
gittarium pugnantes hic habet vir
tutem pacificandi. ¶ Quando inve
nitur in lapide albo dimidia figura